

7229 Meani prope Susam in aedicula S. Constantii SACCH. — In aedicula S. Constantii (inter Susenses) BALD.

SVRO · COSSI · F
Q·COSSVTO·OPTATO
SECVNDO · SVRI · F
COSSVTIAE · TERTIAE
5 VOTATIA · MOCTOR
SIBI · ET · SVIS
V · F

Thesaurus apud Cicereum ms. et Manutium cod. Vat. 5237 f. 380' (inde Donius cod. Barb. 34, 73 p. 264); Baldessan ms. et apud Guichenonum p. 56 (inde Mur. 1218, 13); Sacchetti p. 18 ex lapide.

Vv. non divit Guich. — 5 VOLATIA·MOCTOR (MATER Guich.) Bald., vo....MA.... Sacch. — 7 abesse a lapide scribit Sacch.

7230 Meani prope Susam in aedicula S. Constantii TERR. SACCHETTI. — Susae THES.; in hortis abbatiae S. Iusti BALD.

VIBIO · SEX · F
SEVERA
VXOR
BTVVONIS · F
5 V · F

Thesaurus apud Cicereum ms. et Manutium cod. Vat. 5237 f. 382'; Baldessan ms. et apud Guichenonum p. 57 (inde Mur. 1384, 4); Terraneus l. c. ad n. 7225; Sacchetti p. 21 ex lapide.

Apud Baldessanum praecedit n. 7290 daturque deinde vv. non div. — 1 SEXT·F Bald., SEXTI·F Sacch. — 4. 5 BT·V·VONIS·F·V·F Bald., om. Sacch.

LXXXV. SEGVSIO (Susa). *Tribu Quirina.*

Segusinum titulum unum n. 7246 Hermolaus BARBARUS a. 1492 publice edidit, eundemque habet PACEDIANUS, quem cave credas Maffeo (M. V. p. 233) plures ibi exscripsisse lapides et in codicem (Ambros. A 105 sup.) retulisse. Duos n. 7234. 7246 ibidem exceptit ANONYMUS VENETUS is, qui a. 1549. 1550 Galliam et Hispaniam peragravit scriptisque itineraria servata olim Patavii apud Francesconium, hodie in tabulario regio Taurinensi (cod. Francesconi vol. 62; W. 1. 15). Dixit de eo Huebnerus vol. II p. XI. Eorundem una cum n. 7232 et n. 7260 etiam aliis eius aetatis viris doctis copia fuit, ut METELLO PIGHIO LIGORIO PINGONIO. Sed primus, qui iustum numerum titulorum Segusinorum afferat, Antoninus est THESAURUS senator (vide de eo Rossottium syllab. script. Pedemontii. Monteregali 1667 p. 79; vivus sibi sepulcrum fecit a. 1586). Is quae Susae descriptis dedit Mauricio Ferrario eo tempore Taurinis moranti; Mauricius misit fratri Octaviano degenti Mediolani, qui communicavit et cum Cicereio d. 12 Aug. 1569 (in cuius collectaneis leguntur sub praescriptione 'Sagusii nuper reperta et a Thesauro senatore missa') et d. 12 Oct. anni eiusdem (epistula extat cod. Vat. 5237 f. 349) cum Aldo Manutio (apud quem leguntur cod. Vat. 5237 f. 380—382 foliorum ordine antiquo mutato et ad Cicereianum restituendo). — Quae Susae descripta BOURDELOT proponit in itinerario a. 1581 (cod. Vat. Reg. 949) f. 208. 209, ea videtur vere ex lapidibus excepisse. — Deinde Gulielmus BALDESSAN theologus Taurinensis (vide de eo Rossottium 1. c. p. 246) historiae ecclesiae occidentalis conscriptae c. a. 1600, quam scriptam in tabulario regio Taurinensi Guichenonius versavit (vide praelectionem eius f. c1 et vol. 1 p. 55—58), inscriptiones Segusinas quas nosset inseruit. Volumen adhuc extat in tabulario eo (n. 1 mazzo 1 categoria 2) inspectum ibi mea causa a Promisio, sed ipsum hodie inscriptiones non habet. Excussi autem in eodem tabulario (*Storia della R. Casa, categoria 2 mazzo 5 n. 4*) eum ipsum opinor quem Guichenonius adhibuit fortasse eo tempore volumini illi insertum fasciculum foliorum 4 inscriptum sic: *inscrittioni dell' antiche pietre marmoree che si trovano in diversi luoghi di Susa.* Versus continuantur, nec satis diligenter sylloge facta est nihilo minus utilis. Baldessanus cum multa habeat, quibus caret Thesaurus, alicubi certe pendet ab iisdem exemplis (v. n. 7232. 7244), ut consensu horum auctorum non nimium tribuas. — Apud GUDIUM quae leguntur Segusina Segusione scilicet excepta, non Taurinis, ea non ipse videtur ibi excepisse, sed magis Rycquius in itinere Italico a. 1625. 1626. — De MAFFEIO, RICOLVIO et RIVAUTELLA, BAGNOLO, TERRANEO (cuius epistulae ad Larrieu Susensem scriptae a. 1764 et 1768 a me inventae inter Gazzeriana titulos quosdam exhibent a nullo ante descriptos) ea sufficient quae diximus in tractatu de auctoribus Taurinensibus; nam omnino ex Susa Taurino proxima ut plurimi tituli ablati sunt ad ornandum museum Taurinense, ita quicumque Taurinis his studiis vacaverunt, Susensis quoque subministrant. In his VERNAZZA ait (bibl. lapid. patr. p. 114)

ad Anacreonticum Falconierii carmen in diem natalem ducis Aostae d. 24 Iul. 1795 editum iussu municipii Susensis Taurinis apud Derossium quaedam se adiecissem de titulis Susensis; sed libellus reperiri non potuit. Restant auctores proprie Susenses vel certe adhuc non nominati hi. — Caesar SACCHETTI (*memorie della chiesa di Susa.* Taurinis 1788. 4. pp. 172) pleraque ex Guichenonio repetivit passim temere emendata, non multa adiecit ex ipsis monumentis petita. — Eo ipso quo Sacchettius scripsit tempore inscriptiones per oppidum agrumve adhuc dispersae colligi coptae sunt (v. Sacchetti p. 32) et in seminario exponi cura Iosephi FALCONIERI professoris rhetoricae in seminario eo. Is quae invenisset a. 1794 cum comite Napione communicavit (unde quae ad haec studia pertinerent excerpta repperi inter Gazzeriana) ibidemque incepti sui rationem reddit his verbis: *il pensiero di fare raccolta di lapidi e scoprirne (come feci di tre) e apportarle tutte nell'atrio del seminario mio, la spesa del seminario; e mi nacque dal vedere, che il Sig. Conte Pontedascio, ora maggiore nel reggimento de' Oneglia non cessava dal mandarne impunemente di qua in esilio eterno ad una sua villeggiatura presso Cuneo.* Meminit autem inscriptionum in seminario expositarum iam Andres *cartas familiares* 5 (Madriti 1793) p. 124. — Hoc saeculo praeter LADOUETTIUM (*Histoire, antiquités, usages, dialects des Hautes-Alpes. Par un ancien préfet.* Parisiis Sept. 1820. 8. pp. CXXXIX et 208) ad monumenta antiqua Susensis potissimum attenderunt Iosephus PONZERO (*piccolo cenno sopra l'arco trionfale di Susa.* Taurinis 1841. 8. pp. 39; *sconto sulle mura di cinta di Susa, in cui si trovarono nel Sett. 1846 due marmi.* Susae 1847. 8 pp. 81; *relazione sovra un sepolcro antico recentemente scoperto nei contorni di Susa.* Susae 1852. 8. pp. 24) et canonicus Bartholomaeus PUGNO, cuius schedulas quasdam repperi Susae apud advocationem Felicem Chiapusso, plures Taurinis inter Gazzeriana et Promisiana.

Segusio (sic n. 7264 et itineraria fere omnia supra p. 811 composita, item Plinius 3, 17, 123 et Ammianus 15, 10, 3, 7; Σεγούσιον Ptolemaeus 3, 1, 40 et itinerarium vasculi secundi l. c.) oppidum Segusinorum (ita in arcu n. 7231, item n. 7234. 7246. 7250; Σεγούσιανον Ptolem. 3, 1, 40; *Segusienses* Nazarius paneg. Constantini 17. 21. 22) sedesque regum regni Cottiani, sicut et arcus probat et sepulcrum regis Cottii ibidem prope moenia factum (v. p. 808) Augusti aetate civitas fuit Latii quidem iure donata (supra p. 810), sed rem publicam non habens; unde *vicus* appellatur n. 7261. Postquam Nero regnum in provinciae formam commutavit, sedes constituta praesidis eius municipium quoque factum est, fortasse Flavium, nisi fallit quod legitur in laterculo aetatis Commodianae (Kellermann vig. n. 103a) *C. Memorius C. f. Fla. Messor Segus.* Municipii nomine appellatur n. 7234. 7235, quamquam postea (n. 7247. 7248. 7249. 7250) plerumque civitas dieitur vocabulo sequioris aetatis potissimum etiam in titulis usa. Tribus Segusinorum videtur fuisse Quirina testibus titulis n. 7236. 7260; nam n. 7259 Ebreduniensis hominis